# GENERALE, CONCILIVM TRIDENTINVM

CONTINENS OMNIA QVÆ AB INITIO VSQVÆ AD FINEM IN EO GESTA SVNT.

Num. 52. cap. 4. num. 11.

& non respexit



Beatus uir cuius est Dominus spes eius, in uanitates, & insanias falsas.

1

3561

VENETIIS,
Ad signum Spei.
1552.

*Cito habebis (Deo fauente) candide lector concilia omnia hac forma impressa, quibus hæc commode annecti poterunt.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

b18504315

# ACTORVM CONCILII. TRIDENTINI.

## PRIORVM CATALOGVS.

S.D.N.D. Pauli diuina prouidentia Pape III. Bullæ indictionis supplicationum seu processionum, per uniuersum orbem Christianum, pro celebratione sancti œcumenici generalis Concilij, cũ adhortatione ad ieiunium & sacrosanctam communionem, & Gratia plenarie indulgentiæ.

Admonitio atq; hortatio Legatorum Sedis Apostolicæ ad Patres in Concilio Tridentino, lecta in prima sessione.

Concio fratris Dominici Soto Segobien. Theologi, ordinis Predicatorum, De extremo iudicio, prima Dominica Aduentus, ad Legatos & Synodum eadem die Tridenti habita.

Oratio R.P.D. Cornelij Episcopi Bitontini 3. Dominica Aduentus in concilio Tridentino habita.

Oratio ad Patres in concilio Tridentino habita à R.P.F. Antonio Marinario Carmelitano quarta Dominica Aduentus.

Oratio habita à R.P. Fratre Ambrosio Catharino Polito Senensi ordinis Prædicatorũ, in secũda sessione Synodi Tridentinæ quarta Februarij, M.D.XLVI.

Oratio insignis ac clariss. D. Didaci à Mendocia oratoris Cæsareæ maiestatis, coram Legatis sedis Apostolicæ habita Tridenti tertio Maij, M.D.XLV.

Oratio illustrissimi D.D. Francisci à Toleto oratoris Cæsarei, ad Synodum habita die octaua Aprilis M. D. XLVI.

Inuictissimi ac Christianiss. Ioannis huius nominis 3. Lusitaniæ regis & Algarbiorum &c. literæ, ad summum Pontificem Paulum tertium missæ, & in concilio Tridentino recitatæ.

Oratio clarissimi atq; facundissimi uiri D. Petri Danesii, oratoris Christianissimi Francorum regis, ad Synodum.

Nomina, cognomina, tituli, dignitates, prouinciæ, & gradus in sacrosancta Synodo Tridentina existentium.

Decretũ primæ sessionis Tridẽtinæ, pronunciatũ die 7. mẽsis Ianuarij, Anno dñi M.D.XLVI.

Decretum secundæ sessionis Concilij Tridentini, pronunciatum die quarta mensis Februarij, Anno M. D. XLVI.

Decretum tertiæ sessionis concilij Tridentini, quæ celebrata fuit quinta Aprilis eodem anno.

Primum decretũ quartæ sessionis Tridentini concilij, 17. mensis Iunij M. D. XLVI. celebratæ.

Secundum decretum 4. sessionis Tridentinæ synodi.

Decretum quintæ Sessionis Tridentini Concilij post apertum Concilium, factæ die decimatertia Ianuarij, M. D. XLVII.

Oratio fratris Georgij de Sancto Iacobo ordinis prædicatorum conuentus Sancti Dominici Olysbonensis. Dominica prima quadragesimæ Tridenti habita.

Sextæ Sessionis decretum 1. promulgatum de Sacramentis, uidelicet de Baptismo & Confirmatione, sub die 3. Martij, M.D.XLVII. in Concilio Tridentino.

Secundum decretum Residentiæ.

Decretum de Beneficijs Ecclesiasticis.

*965 **DE GENERALI CONCILIO TRI-**
*dentino pauca quædam ex uita seu gestis*
*Pauli III. quæ Appendicis loco*
*Vitis Pontificum per Pla-*
*tinam descriptis, nuper*
*adiecta huc pertine-*
*re sunt uisa.*

PAVLVS III. initio Magi-
stratu, officio suo (quantū
in se erat) satisfacturus, pro
pter discordiam fidei inter
Germanos componendā,
quę iam tum magis ac ma
gis apud eos ingrauescebat,
Cōcilium generale diu multumq; desideratū,
& per antecessores aliquot suos uel impeditū,
uel dissimulatum, uel minus sedulo curatū,
indixit: eiq; locum aptum Mantuam primo,
post rationabilibus de causis Vincentiam as-
signauit, delecto ad id negocij optimo ac pru
dentissimo uiro, D. Petro Vorstio ep̄o Aquen
si, qui principibus rebusq; publicis per Germa
niam & alibi constitutis, uniuersale Conciliū
futurum indicaret. Verum ea res difficilem a-
deo successum habuit, ut omissa etiā Vincen-
tia, quòd hæc schismaticis a suo nido longius
abesset, electoq; nouo medio prope inter Ita-
liam & Germaniam generalis Concilij loco,
uix tandem decimo postmodum anno, uni-
uersalis, apud Tridentum synodus inchoare-
tur. Nam qui generalē synodum ad illud usq;
tempus, quasi per appellationem inuocarāt,
eius copia facta, ita se tum gesserunt, ut nequi
ter ac mendaciter eos concilium inuocasse, ni
hilq; minus quàm hoc fieri uoluisse, appare-
ret. Quorsum enim tot ambagibus, & cauillis
œcumenicę ipsius synodi uel infirmandæ uel
tollendæ gratia usi fuerunt, Natiōale interim
supra quàm dici potest affectātes, nisi ut schis
matici priuatim inter se quod uellent, decerne
rent, refugæq; in tenebris degentes, lucem nō
de nihilo fugisse uiderentur? Modo namq; lo-
cum, modo præsidem, modo aliud atq; aliud
calumniabantur, quasi præiudicando dice-
rent, id quod complures ex ipsis dixisse ferun
tur, Nisi Concilium leges ipsorum acceptarit,
se leges Concilij neutiquam accepturos. Neq;
uero minus culpandi erant hi, qui Præbendis
Ecclesiasticis tanquam asini clitellis (suauiter
tamen) onerati, malitiose neruos huc suos in-
tendebant, ut quod sibi præ alijs potissimum
ut fieret, curandum erat, id ipsi, ne fieret, impe
direnti aut certe, ut maturaretur, nō instarent
nihil interim patientes (iuxta prophetam) su-
per contritione Ioseph, neque in sua casurum
aliquando capita formidantes, quòd duranti
bus ipsorum seu culpa, seu ignauia tantis fidei Amos 6.b
discordijs, tot animarum millia, pro quibus
dominus noster Iesus Christus sanguinem su-
um fudit, crucisq; tormentum subiuit, misera
biliter adeo sempiterneq; perirēt. Per has itaq;
difficultates concilium generale dilatum, uix
tandem in fine anni 1545. cœptum, & in men-
ses aliquot anni 1547. continuatum, ac de-
inde rursum a Paulo III. Bononiam translatū
ea tantum quæ hic sequuntur, sex modo ses-
sionibus sub Paulo III. habitis, confecit: uni-
uersis qui zelo fidei laborant, & pacem Ec-
clesiæ exoptant, eiusdem concilij Tridentini
iam iterum (uidelicet in Maio anni 1551.) a Iu-
lio III. eodem in loco congregati, salutarem
expectantibus finem.

**PAVLVS EPISCOPVS SERVVS** 966*
*Seruorum Dei ad Futuram rei memoriam.*

QVVM Prophetę uox, no
stris in auribus iugiter inso
net, clama, ne cesses: idq; Esa. 58. a
præcipuū munus, ex one-
re nostris iniuncto hume-
ris, licet his impari, nobis
incūbere agnoscamus: ipsa
præsentium temporū calamitate ac hęresum
undiq; pullulantiū pernicie, in intimis adeo
pulsamur præcordijs, ut nobisipsis, pro sancta
uniuersali Ecclesia, ac Dominici gregis, nostrę
curæ crediti, salute, nunquàm satis opæ, labo-
ris ac solicitudinis adhibere posse uideamur.
Tot igitur ac tantis turbinibus aliquando se-
dandis, nullū æque salutiferum ac præsentis-
simū remediū comperiri semp existimauimus
quàm sanctissimi œcumenici cōcilij celebra-
tionem indicere, ad sananda scilicet catholicę
Ecclesiæ uulnera, ab impijs, infidelibus, repro
bisq; hęreticis eidem inflicta. Vna igitur hac
ratione, sacratissimā synodū a nobis Tridenti
iam dudum indictam, hodierna luce aperiri
mandauimus: eam fine optimo, Spiritusancto
adiuuante, conclusum iri, & optatā orbi Chri
stiano salutem allaturam deniq; sperantes.
Oecumenicum autem cum sit conciliū, hoc
decet a cunctis Christi fidelibus, humili & cō
trito corde, deuotisq; precibus celebrari: ut
quos adesse coram opus fuerit, hi multorum
orationibus adiuti, gratius in rebus catholicę
fidei, dictæq; uniuersalis Ecclesiæ reformatio
nis ibi peragendis, omnipotenti Deo exhibe-
re ualeant obsequium. Quamobrem omnes